Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

testamenti consona sit forma, sibi ad puteos
& ad aquas ueniuntur. ut inueniant sponsae
ecclesiae; & ecclesia xpo in lauacro aquae
coniungitur; Uides quantus nos sacramentorum
cumulus urget; quanta sunt quae occurrunt
explicare non possumus; Saltem haec in
citare te debent ad audiendum. ad conuenien
dum; ut etiam si nos aliqua per breuitatem trans
currimus. tu cum relegis & requiris etiam
ipse discutias & inuenias. certe uel in horum
inquisitione permaneas; ut te uerbum di inue
niens ad aquam adsumat. & coniungat
sibi ut efficiaris cum eo unus spiritus in xpo ihu
dno nostro; cui gloria & imperium in saecula
saeculorum; amen; EXPL OML X.

INCIP XI DE EO QUOD ABRAHAM
CETTURAM ACCEPIT UXOREM. ET
QUOD ISAAC HABITAUIT AD PUTE
UM UISIONIS.

Semper nobis scs apls occasiones praebet intelle
gentiae spiritalis; & pauca licet tamen ne
cessaria studiosis ostendit indicia; quibus
quod lex spiritalis sit in omnibus agnoscatur.
Ipse igitur de abraham & filiis disputans